

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Liber I.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

IN I. VALER.
FLACC. LIBR. ÆGI-
DII MASERII AR-
GUMENTUM.

Ivor agit Pelian, Phryxzo vellere fortem,
Qui replet Æsoniden, Argo, natoſq; Deorum
Divarum auxilio longum in discrimē Iason
Apparat: augurioq; insignem latus agrestis
Persuadere fugam haut frustra conatur Acasto.
Æquoreum oblatō placat libamine patrem,
Æsonides. Mopsulq; canit quæ certa tulerunt
Fata Deæ. miranda refert Phœbeus Idmon.
Ingemit Alcimedē. grandævus lætior Æson
Fert animum. transſeris ſcribuntur nomina, Acaſtus
Tollitur. unda fremit. dæſevit in Æſona crudus
Innocuum Pelias; matremq; & pigneta truncat.

C. VALERII FLACCI
SETINI BALBI ARGO-
NAUTICON

LIBER PRIMUS.

Prima Deūm magnis canimus ſreta pervia
nautis,

Fatidicamq; ratem; Scythici quæ Phasidis oras
Auſa ſequi, medioſq; inter iuga concita curſus
Rumpere, ſtammifero tandem conſedit Olympo.

A

Phæbe

- 5 Phæbe mone; si Cymea mihi conscia variis
 Stat casta cortina domo; si laurea digna
 Fronde viret. Tuq; ô, pelagi cui major aperti
 Fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit
 Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,
 10 Eripe me populis, & habenti nubila terra,
 Sancte pater; veterumq; fave veneranda canenti
 Facta virum, versam proles tua pandit Idumen,
 (Namq; potest) Solymo nigrante pulvere fratrem,
 Spargentemq; faces, & in omni turre furentem.
 15 Ille tibi cultusq; Deum, delubraq; genti
 Instituet; cum jam genitor lucebis ab omni
 Parte poli: neq; enim in Tyrias Cynosura carinas
 Certior, aut Grajis Helice servanda magistris:
 Seu tu signa dabis, seu te duce Grecia mittet,
 20 Et Sidon, Nilusq; rates. nunc nostra serenus
 Orsa juves; hæc ut Latias vox impleat urbes.
 Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis:
 Jam gravis, & longus populis metus: illius omnes,
 Ionium quicunq; petunt: ille Oebryn & Hemum,
 25 Atq; imum felix versabat vomere Olympum.
 Sed non ulla quies animo, fratrisq; paventi
 Progeniem, divumq; minas: hunc nam fore regi
 Exitio vatesq; canunt, pecudumq; per aras
 Terrifici monitus iterant: super ipsius ingens
 30 Instat fama viri, virtusq; haud leta tyranno.
 Ergo anteire metus, juvenemq; extinguere pergit
 Aesonium: letiq; vias, ac tempora versat.
 Sed neq; bella videt, Graias neq; môstra per urbes

Ulla : Cleoneo jam tempora clausus hiatu

Alcides: olim Lerne defensus ab angue

35

Arcas: & ambobus jam cornua fracta iuuentis.

Ira maris, vastiq; placent discrimina ponti :

Cum iuvenem tranquilla tuens, nec fronte timentus

Occupat: & fictis dat vultum & pondera dictis :

Hanc mihi militiam, veterū que pulchrior actis, 40

Annue: dag; animum nostri de sanguine Phryxus

Cretheos ut patrias, audisti, effugerit aras.

Hunc ferus Aetes, Scythiam Phasimq; rigentem

Qui colit (heu magni Solis pudor) hospita vina

Inter, & attonite mactat sollemnia mense, 45

Nil nostri, divūmq; memor. non nuntia tantum

Fama refert: ipsum iuvenē tam seva gementem,

Ipsum ego, cum serus fessos sopor alligat artus,

Adspicio: meq; assiduus lacera illius umbra

Questibus, & magni numen maris excitat Helle. 50

Si mihi, qua quondam vires; vel pendere pœnas

Colchida jam, & regis caput hîc, atq; arma videres.

Olim annis ille ardor hebet: nec dum mea proles

Imperio, & belli rebus matura, mariq;

Tu, cui jam cur eq; vigent, animiq; viriles; 55

I decus: & pecoris Nephilei vellera Grajo

Redde tholo: ac tantis temet dignare periclis.

Talibus hortatur iuvenem, propiorq; iubenti

Conticuit, certus Scythico concurrere ponto

Cyaneas, tantoq; silet possessa dracone

60

Vellera ; multiformis regis quem filia linguas
 Vibrantem ex aditis cantu dapibusq; vocabat,
 Et dabat hesternis liventia mella veneno.

Mox taciti patuere doli, nec vellera cura
 65 Esse viro; sed sese odiis inmania cogi
 In freta. qua jussos sic tandem querere Colchos
 Arte queat? nunc aërii plantaria vellet
 Perseos, aut curru, ut sevos frenasse dracones
 Creditus; ignaras Cereris qui vomere terras
 70 Imbuit: & flava quercum damnavit arista.
 Heu quid agat? populumnè levem, veteriq; ty-
 ranno

Infersum, atq; olim miserantes Aesona patres
 Advocet? an socia Junone & Pallade fretus
 Armisona, superet magis, & freta jussa capestat,

75 Si qua operis tanti domito consurgere ponto
 Fama queat? tu sola animos mentemq; peruris,
 Gloria: te viridem videt immunemq; senectæ
 Phasidis in ripa stantem, juvenesq; vocantem.
 Tandem animi inceptū confusaq; pectora firmat

80 Relligio: tendensq; pias ad sidera palmas,
 Omnipotens regina, inquit, quam turbidus atro
 Aethera ceruleum quateret cum Jupiter imbre,
 Ipse ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo
 In campos & tuta tuli, nec credere quivisti

85 Antè deam, quàm te tonitru nutuq; reposci
 Conjugis, & subita raptam formidine vidi,
 Da Scythiam Phasimq; mihi: tuq; innuba Pallas
 Eripe me. vestris egomet tunc vellera templis

Illa

Illa dabo: dabit auratis & cornibus igni
 Colla pater: niveiq₃ greges altaria cingent. 90
 Accepere dea, celeri₃ per aethera lapsu
 Diversas petiere vias. in mœnia pernix
 Thespiaca ad carum Tritonia devolat Argum.
 Moliri hunc puppem jubet, & demittere ferro
 Robora: Peliacas & jam comes exit in undas. 95
 At Juno Argolicas pariter, Macedumq₃ per urbes
 Spargit, inexpertos tentare parentibus Austros
 Esoniden, jam stare ratem, remisq₃ superbam
 Poscere quos revehat, rebusq₃ in secula tollat.
 Omnis avet, que jam bellis spectataq₃ fama, 100
 Turba ducum, primæ seu quos in flore juventa
 Tentamenta tenent, nec dum data copia rerum.
 At quibus arvorum studiumq₃ insontis aratri;
 Hos stimulant, magna₃ ratem per lustra viasq₃
 Jussi laude canunt manifesto in lumine Fauni, 105
 Silvarumq₃ dea, atq₃ elatis cornibus amnes.
 Protinus Inachiis ultro Tirynthius Argis
 Advolat: Arcadio cujus flammata veneno
 Tela puer, facile₃ humeris gaudentibus arcus
 Gestat Hylas: velit ille quidem; sed dextera non- 110
 dum
 Par oneri, clavaq₃ capax. quos talibus amens
 Insequitur, solitosq₃ novat Saturnia questus:
 O vinam Graje rueret non omne juventa
 In nova fata decus: nostriq₃ Eurystheos hæc nunc
 Jussa forent: imbrem & tenebras, sævumq₃ tri- 115
 dentem

Jam jam ego & inviti corfisssem conjugis ignem.
 Hunc quoq; nec focium nostrae, columenve carinae
 Esse velim: Herculeis nec me unquam fidere
 fas sit

Auxiliis; comiti & tantum debere superbo.

120 Dixit: & Hemonias oculos detorquet ad undas
 Fervere cuncta virum coetu, simul undiq; cernit
 Delatum nemus, & docta resonare bipenni
 Litora: jam pinus gracili dissolvere lamna
 Thespiaden, jungiq; latus, lenoq; sequaces

125 Molliri videt igne trabes, remisq; paratis
 Pallada velifero quarentem brachia malo.
 Constitit ut longo moles non pervia ponto
 Puppis; & ut tenues subiere latentia cera
 Lumina; pictura varios superaddit honores.

130 Hic insperato Tyrrheni tergoze piscis
 Peleos in thalamos vehitur Theris: equora Del-
 phin

Corripit: illa sedet dejecta in lumina palla;
 Nec Jove majorem nasci suspirat Achillem.
 Hanc Panope, Doroq; soror, letataq; fluctu

135 Prosequitur nudis pariter Galathea lacertis:
 Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops.
 Contra ignis, viridiq; thorus de fronde dapesq;
 Vinaq; & equoreos inter cum conjuge divos
 Haecides, pulsataq; chelyn post pocula Chiron.

140 Parte alia Pholoe, multoq; insanus Iaccho
 Rhoetus, & Atracia subita de virgine pugna:
 Crateres mensaq; volant, araq; deorum,

Poculaq; insignis veterum labor. optimus hasta
 Hac Peleus; hac parte furens agnoscitur Æson.
 Fert gravis invito victorem Nestora tergo 145
 Monychus. ardenti peragit Clanis Actora quercu:
 Nigro Nessus equo fugit: acclinisq; tapetis
 In mediis vacuo condit caput Hippasus auro.
 Hac quanquam miranda viris, stupet Æsone
 natus;

Et secum: Eu miseros nostrum natosq; patresq; 150
 Haccine nos anime faciles rate nubila contra
 Mittimur? in solum nunc seviet Æsona pontus?
 Non juvenem in casus, eademq; pericula Acastum
 Abripiam? invise Pelias freta ruta carine
 Opret, & exoret nostris cum matribus undas. 155

Talia conanti levum Jovis armiger æthra
 Advenit: & validis fixam gerit unguibus agnam.
 At proculè stabulis trepidi clamore sequuntur
 Pastores, fremitusq; canum: citus occupat auras
 Raptor; & Egæi super effugit alta profundi. 160
 Ascipit augurium Æsonides, letusq; superbi
 Tecta petit Pelie. prior huic tunc regia proles
 Advolat, amplexus fraternaq; pectora jungens
 Ductor ait; Non degeneres, ut reris, Acaste
 Venimus ad questus: socium te jungere cœptis 165
 Est animus. neq; enim Telamon, aut Canthus &
 Idas

Tyndareusq; puer mihi vellere dignior Helles.
 O quantum terra, quantum cognoscere cœli
 Permissum est! pelagus quantos aperimus in usus!

170 Nunc forsān grave reris opus: sed lata rēcurrēt
Cum ratis; & caram cum jam mihi reddet Iol-
chon;

Quis pudor heu nostros tibi tunc audire labores?
Quas referam visus tua per suspiria gentes?
Nec passus rex plura virūm. Sat multa parato,

175 In quacūq; vocas; nec nos, ait, optime segnes
Credideris; patriisq; magis confidere regnis,
Quam tibi, si primos duce te virtutis honores
Carpere; fraterne si des accedere fame.

Quin ego, ne qua metu nimio me cura parentis

180 Impediat, fallam ignarum; subitusq; paratis
Tunc adero; primas linquet cum puppis harena:
Dixerat. ille animos promissaq; talia letus
Accipit: & gressus avidos ad litora vertit.

At ducis imperiis Minyæ, monitūq; frequentes

185 Puppem humeris subeunt; & teno poplite promi
Decurrunt: intrantq; fretum: non clamor anhelis
Nauticus, aut blandus testudine defuit Orpheus.
Tum leti statuunt aras. tibi rector aquarum,
Summus honor: tibi ceruleis in litore vittis,

190 Et Zephyris, Glaucoq; bovem, Techidiq; juven-
Deicit Anceus. non illo certior alter (cam
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.

Ipse ter equoreo libans carchesia patri

Sic ait Esonides: O qui spumantia nutu

195 Regna quatis, terrasq; salo complecteris omnes,
Da veniam. scio me cunctis è genibus unum.
Illicitas tentare vias, hiememq; mereri:

Sed non sponte feror: nec nunc mihi jungere mōtes
 Mens tamē, aut summo deponere fulmen Olympo.
 Ne Pelie te vota trahant. ille aspera iussa 200
 Repperit. & Colchos in me luctumq; meorum.
 Illum ego. tu tantum non indignantibus undis
 Hoc caput accipias; & pressam regibus alnum.
 Sic fatus, pingui cumulat libamine flammam.
 Protulit ut crinem densis luctatus in exiis 205
 Ignis; & adscendit salientia viscera tauri;
 Ecce sacer, totusq; dei per litora Mopsus,
 Immanis visu: vitamq; comamq; per auras vittamq;
 Surgentem, laurusq; rotat: vox reddita tandem.
 Vox horrenda viris. tum facta silentia vari: 210
 Heu que nam adspicio! nostris modò concitus ausis
 Equoreos vocat ecce deos Neptunus, & ingens
 Concilium: fremere, & legem defendere cuncti
 Hortantur. sic amplexus, sic pectora fratris
 Juno tene: tuq; o puppem ne desere Pallas: 215
 Nunc patri nunc flecte minas. cessere ratemq;
 Accepere mari. per quot discrimina rerum
 Expedior! subita cur pulcher harundine crines
 Velat Hylas? unde urna humeris? niveosq; per
 artus
 Ceruleæ vestes? unde hæc tibi vulnera Pollux? 220
 Quantus Io tumidis taurorum è naribus ignis!
 Tollunt se galeæ, sulcisq; ex omnibus haste,
 Et jam jamq; humeri. quem circum velleræ Martē
 Aspicio? que nam aligeris secat anguibus auras
 Cede madens? quos ense ferit? miser eripe parvos 225

- Æsonide: cerno & thalamos ardere jugales.
 Jam dudum longa Minyas ambage, ducemq;
 Terrificat: sed enim contra Phœbeius Idmon
 Non pallore viris, non ullo horrore comarum*
- 230 *Terribilis, plenus fatis, Phœboq; quieto;
 Cui genitor tribuit monitu prænoscere divum
 Omina, seu flammæ, seu lubrica comminus exta,
 Seu plenum certis interroget aëra pennis.
 Sic sociis, Mopsog; canit: Quantum augur Apollo,
 235 Flammæq; prima docet; præduri plena laboris
 Cerno equidè; patiens sed quæ ratis omnia vincet.
 Ingentes durate animæ, dulcesq; parentum
 Tendite ad amplexus. lacrimæ cecidere canenti,
 Quòd sibi jam clusos invenit in ignibus Argos.*
- 240 *Vix ea fatus erat; jungit cum talia ductor
 Æsonius: Superùm quando consulta videtis,
 O socii, quandoq; datur spes maxima cœptis;
 Vos quoq; nunc vires, animosq; afferte paternos.
 Non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni,
 245 Suspectiv' doli: Deus hæc Deus omine dextro
 Imperat. ipse suo voluit commercia mundo
 Jupiter, & tantos hominum miscere labores.
 Ire viri mecum, dubiisq; evincite rebus;
 Quæ meminisse juvet, nostrisq; nepotibus insent.*
- 250 *Hanc verò socii venientem litore læti
 Dulcibus alloquitur, ludoq; educite noctem.
 Paretur. molli juvenes funduntur in alga,
 Conspiciusq; thoris Tirynthius. exta ministri
 Rapta simul veribus, Cereremq; dedere canistris.*

Jamq;

Jamq³ aderat summo decurrens vertice Chiron, 255
 Clamantemq³ patri procul ostendebat Achillem.
 Ut puer ad notas erectum Pelea voces
 Vidit; & ingenti tendentem brachia passu;
 Assiluit, caraq³ diu cervice pependit.
 Illum nec valido spumantia pocula Baccho 260
 Sollicitant: veteri nec conspicienda metallo
 Signa tenent. stupet in ducibus: magnumq³ so-
 nantes
 Haurit; & Herculeo fert comminus ora leoni.
 Lætus at impliciti Peleus rapit oscula nati,
 Suspiciensq³ polum, placido sic currere fluctu 265
 Pelea vultis, ait, ventosq³ optare ferentes;
 Hoc superi servate caput. tu cetera Chiron
 Da mihi. te parvus lituos & bella loquentem.
 Miretur: sub te puerilia tela magistro
 Venator ferat: & nostram festinet ad hastam. 270
 Omnibus inde magis calor additus: ire per altum
 Magna mente volunt: Phryxi promittitur absens
 Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.
 Solruit, & totum Minyis letantibus unda
 Diduxere diem. sparguntur litore curvo 275
 Lumina, nondum ullis terras monstrantia nautis.
 Thracius hic noctem dulci testudine vates
 Extrahit; ut steterit redimitus tempora vitis
 Phryxus; & injustas contectus nubibus aras
 Egerit, Inoo linquens Athamanta Learcho; 280
 Aureus ut juvenem miserantibus intulit undis
 Vector, & astrictis ut sedit cornibus Helle.

Septem

- Septem aurora vias, totidemq₃ peregerat umbram
 Luna polo: dirimiq₃ procul non equore visa,
 285 Cœperat à gemina descendere Sestos Abydo.
 Hic soror Æoliden ævum mansura per omne
 Deserit, heu seve nequiquam erepta noverca.
 Illa quidem fessis longè petit humida palmis
 Vellera, sed bibulas urgenti pondere vestes
 290 Unda trahit, leviq₃ manus labuntur ab auro.
 Quis tibi Phryxe dolor, rapido cùm concirus estu
 Respiceres misera clamantia virginis ora,
 Extremasq₃ manus, sparsosq₃ per equora crines!
 Jamq₃ mero ludog₃ modusq₃ positiq₃ quietis
 295 Conticuere thoris: solus quibus ordine fufis
 Impatiens somni ductor manet. hunc gravis

Æson

- Et pariter vigil Alcimedè spectantq₃ tenentq₃
 Pleni oculis: illis placidi sermonis Iason
 Suggestit affatus, turbataq₃ pectora mulcet.
 300 Mox ubi victa gravi ceciderunt lumina somno,
 Visa coronatæ fulgens tutela carine
 Vocibus his instare duci: Dodonida quercum,
 Chaoniq₃ vides famulam Jovis; equora tecum
 Ingredior: nec fatidicis avellere silvis
 305 Me, nisi promisso potuit Saturnia cœlo.
 Tempus adest; age, rûpe moras, dumq₃ equore toto
 Currimus, incertus si nubila duxerit æther:
 Jam nunc mitte metus, fidens superisq₃ mihiq₃.
 Dixerat. ille pavens, leto quanquam omine
 divum,

Profiluit stratis: Minyas simul obrulit omnes 310

Alma novo crispans pelagus Titonia Phæbo.

Discurrunt transtris: hi celso cornua malo

Expediunt: alii tonsas in marmore summo

Prætentant: prora funem legit Argus ab alta.

Increscunt matrum gemitus: & fortia languent 315

Corda patrum. longis flentes amplexibus herent.

Vox tamen Alcimedes planctus super eminet
omnes :

Femineis tantum illa furens ululatus obstat;

Obruat Ideam quantum tuba Martia buxum.

Fatur & hæc: Nate indignos aditure labores, 320

Dividimur: nec ad hos animum componere casus

Ante datum; sed bella tibi terrasq; timebam:

Vota aliis facienda deis. si fata reducant

Te mihi, si trepidis placabile matribus æquor;

Possum equidem lucemq; pati, longumq; timorē: 325

Sin aliud fortuna parat; misereere parentum.

Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor. heu
michi Colchos

Unde ego, & averti timuissim velleræ Phryxi?

Quos jam mente dies, quam seva insomnia curis

Prospicio! quotiens raucos ad litoris ictus 330

Deficiam, Scythicum metuens pontumq; polumq;

Nec de te credam nostris ingrata serenis!

Da precor amplexus, hesurag; verba relinque

Auribus, & dulci jam nunc preme lumina dextra.

Talibus Alcimede mœret. sed fortior Eson, 335

Attollens dactis animos: O si mihi sanguis,

Quan-

- Quantus erat, cum signiferum cratera minantem
 Non leviore Pholum manus hac compescuit auro:
 Primus in eratis posuisset puppibus arma,
 340 Concussosq; ratem gauderem tollere remo.
 Sed patriæ valere preces, auditaq; magnis
 Vota deis; ut dent nostro tot in equore reges,
 Teq; duce: tales, tales ego ducere sœtus,
 Atq; sequi: nunc ille dies (det Jupiter oro)
 345 Ille super, quo te Scythici regisq; marisq;
 Victorem, atq; humeros ardentem vellere raptis,
 Accipiam, cedantq; tuæ mea facta iuventa.
 Sic ait, ille suo collapsam pectore matrem,
 Sustinuit: magnaq; senem cervice recepit.
 350 Et jam finis erat. Zephyrumq; ratemq; morantes,
 Soluerat amplexus tristi tuba tertia signo.
 Dant remo sua quisq; viri, dant nomina transtris.
 Hinc levum Telamon pelagus tenet: altior inde
 Occupat Alcides aliud mare: cetera pubes
 355 Dividitur. celer Asterion, quem matre carentem
 Cristatus gemino fovit pater amne Cometes;
 Segnior Appidani vires ubi sentit Enipeus:
 Nititur. hinc Talaus, fratrisq; Leodocus urget
 Remo terga sui, quos nobile contulit Argos.
 360 Hinc quoq; missus adest, quamvis arcentibus Ida
 Alicibus; sed turpe viro timuisse futura.
 Hic & Naubulides tortas insurgit in undas
 Iphitus: hic patrium frangit Neptunius equor,
 Qui tenet undisonam Psamathen, semperq; pa-
 ssonsem

Alcides
 Tenent Ephyra
 Donat certus
 Nobis Amphion
 Nequit simile
 Tonalida Clin
 Fran & Iphicla
 In mare Danao
 Naupis & tor
 Qui gnet, Eubo
 Quoq; Lyman
 Amphion ad
 Juvit & Amph
 Mala Ance
 Telem & Eury
 Quem pater
 Te quoq; Tel
 Fama; A
 Equor, et
 Hic cum Tel
 Mops; pater
 Pallamifer
 Cassi, & in
 Quoniam Her
 Nesciq; Peric
 Erlu; Elis equ
 Cebus ad ver
 Tanaq; Phry
 Bis Lemnon
 bulis, Hercu

Tenaron Euphemus : molliq̄ à lirore Pella 368
 Deucalion certus jaculis, & comminus ense
 Nobilis Amphion; pariter quos edidit Hypso
 Nec potuit similes voluit vè ediscere vultus.
 Tum valida Climenus percusso pectore tonsa,
 Frater & Iphiclus puppem trahit: & face seua 370
 In tua mox Danaos acturus saxa Caphareu
 Nauplius: & tortum non à Jove fulmen Oileus
 Qui gemet, Euboicas nato stridente per undas:
 Quiq̄ Erymanthai sudantem pondere monstri
 Amphirryoniaden, Tegeæo limine Cepheus 375
 Juvit: & Amphidamas. at frater plenior actis,
 Maluit Ancaeo vellus contingere Phryxi.
 Tectus & Eurytion servato colla capillo,
 Quem pater Aonias reducem condebit ad aras.
 Te quoq̄, Thessalica Nestor rapit in freta puppis 380
 Fama; Myceneis olim qui candida velis
 Æquora, nec stantes mirabere mille magistros.
 Hic vatis Phœbiq̄ fides non vana parentis
 Mopsus; puniceo cui circumfusa coturno
 Palla imos ferit alba pedes, vittataq̄ frontem 385
 Cassis, & in summo laurus Peneia cono.
 Quin etiam Herculeo consurgit ab ordine Tydeus;
 Nelidesq̄ Periclimenus: quem parva Methone
 Et levis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon,
 Castibus adversos viderunt frangere vultus. 390
 Tu quoq̄ Phryxæos remo Pœantie Colchos
 Bis Lemnon visure petis, nunc cuspide patris
 Inchyris, Herculeas olim morure sagittas.

Proxi-

- Proximus hinc Butes Acteis dives ab oris:
 395 Innumeras nam claudit apes, longaq; superbus
 Fuscatur nube diem; dum plenas nectare cellas
 Pandit, & in dulcem reges dimittit Hymeton.
 Insequeris, casusq; tuos expressa Phalere
 Arma geris; vacua nam lapsus ab arbore parvum
 400 Te quater ardenti tergo circumvenit anguis:
 Statur procul intendens dubium pater anxius arcum,
 Tum celata metus alios gerit arma Eribotes.
 Nec Pelus fretus soceris & conjugis diva
 Defuit, at prora splendet tua cuspis ab alta
 405 Aeacide: tantum haec altis excelsior hastis;
 Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.
 Linqvit & Aetorides natum Chironis in antro;
 Ut socius caro pariter meditetur Achilli
 Fila lyrae; pariterq; leves puer incitet hastas.
 410 Discat eques placidi conscendere terga magistri,
 Et, quem fama genus non est decepta Lyae,
 Phlias immissus patrios de vertice crines.
 Nec timet Anceum genitrix committere ponto;
 Plena tulit quem rege maris, securus in aquor
 415 Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur:
 Qui maris insidias, clarae qui sidera noctis
 Norit, & e clausis quem destinet Aolus antris;
 Non metuat cui regna ratis, cui tradere caelum
 Assidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.
 420 Taurea vulnifico portat celataq; plumbo
 Terga Lacon; saltem in vacuos ut brachia ventos
 Spargat: & Oebalium Pagaseia puppis alumnus
 Spectet

Spectet, securo celebrantem litora ludo.
 Oraq; Thessalico melior contundere freno,
 Vectorem pavida Castor dum quareret Helles, 425
 Passus Amyclea pinguescere Cyllaron herba.
 Illis Tenareo pariter tremat ignea fuco
 Purpura; quod gemina mater spectabile tela
 Duxit opus: bis Taygeton silvasq; comantes
 Struxerat: Eurotan molli bis fuderat auro. 430
 Quemq; suis sonipes niveo de stamine portat,
 Et volat amborum patrius de pectore cygnus.
 At tibi collectas solvit, iam fibula vestes,
 Ostenditq; humeros fortes, spaciumq; superbi
 Pectoris, Herculeis equum Meleagre laceris. 435
 Hinc numerosa phalanx, proles Cyllenia: certus
 Æthalides subitas nervo redeunte sagittas
 Cogere: tu medios gladio bonus ire per hostes
 Euryte: nec patrio Minyis ignobilis usu,
 Nuntia verba ducis populis qui reddit Echion. 440
 Sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis;
 Heu celerem Scythica te mœsta relinquet harena,
 Cessantemq; tuo lugebit in ordine remum.
 Te quoq; dant campi tanto pastore Pherai
 Felices Admete: tuis nam pendit in arvis 445
 Delius, ingrato Sieropen quod fuderat arcu.
 Ah quotiens famulo notis soror obvia silvis
 Flevit, ubi Ossee captaret frigora quercus,
 Perderet & pingui miseris Bœbeide crines!
 Insurgit transtris, & remo Nerea versat. 450
 Canthus, in Æeo volvet quem barbara cuspis

- Pulvere. at intereà clari decus adjacet orbis,
 Quem genitor gestabat Abas: secat aurea fluctu
 Tegmina, Chalcidicas fugiens Euripus harenas.
 455 Celsaq; semiferim contorquens frenâ luporum,
 Surgis ab ostrifero medius Neptune Gerasto.
 Et tibi, Palladia pinu, Polypheme reuecto
 Ante urbem ardentis restat deprendere patris
 Reliquias: multum famulis pia justâ moratis,
 460 Si venias. brevior e petit jam cerula remo,
 Occupat & longè sua transra novissimus Idas.
 At frater magnos Lynceus servatur in usus;
 Quem tulit Areus: possit qui rumpere terras,
 Et Styga transmissio tacitam deprendere visu.
 465 Fluctibus è medio terras dabit ille magistro,
 Et dabit astra ratis; cumq; ethera Jupiter umbra
 Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.
 Quin & Cecropie proles vacat Orithyie,
 Temperet ut tremulos Zetes, fraterq; Ceruchos.
 470 Nec verò Othrysius transtris impèditur Orpheu,
 Aut pontum remo subigit: sed carmine consus
 Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
 Donat & Iphiclo pelagus, juvenumq; labores
 Æsonides; fessum Phylace quem miserat evo,
 475 Non jam operum in partem; monitus sed tradat
 ut acres,
 Magnorumq; viros qui laudibus urat avorum.
 Arge tue tibi cura ratis: te micenia doctum
 Thespia Palladio dant munere: fors tibi, ne qua
 Parte trahat tacitum puppis mare; fissaq; fluctu

Vel pisce vel molli concludere vulnera sera. 480
 Pervigil Arcadio Tiphys pendeat ab astro
 Hagniades; felix, stellis qui signibus usum,
 Et dedit equoreos caelo duce tendere cursus.
 Ecce per obliqui rapidum compendia montis
 Ductor avens letusq; dolis, agnoscit Acastum 485
 Horrentem jaculis, & parma luce coruscum.
 Ille ut se media, per scuta virosq;, carina
 Intrulit; ardenti Asonides retinacula ferro
 Abscidit. haud aliter saltus, vastataq; pernix
 Venator cum lustra fugit: dominosq; timentem 490
 Urget equum, teneras complexus pectore tygres,
 Quas astu rapuit pavido, dum seva relicta
 Mater in adverso catulis venatur Amano.
 Ut pariter propulsa ratis; stant litore matres,
 Claraq; vela oculis, percussa; sole sequuntur 495
 Scuta virum: donec jam celsior arbore pontus,
 Immensusq; ratem spectantibus abstulit aer.
 Siderea tunc arce pater pulcherrima Graium
 Caepta tuens, tantamq; operis consurgere molem,
 Latatur: patrii neq; enim probat otia regni. 500
 Una omnes gaudent superi, veniuraq; mundo
 Tempora, quaeq; vias cernunt sibi crescere Part.e.
 Sed non & Scyrhici genitor discrimine nati
 Intrepidus, tales fudit Sol pectore voces:
 Summe fator, cui nostra dies, voluentibus annis, 505
 Tot peragit, reficitq; vices: tuane ista voluntas?
 Graiaq; nunc undis, duce te, nunq; secundo
 It ratis? an meritos fas est mihi rumpere questus?

- Hoc metuens, & ne qua foret manus invida nato,
 510 Non media telluris opes, non improba legi
 Divitis arva plagæ: teneant uberrima Teucer,
 Et Lybis, & vestri Pelopis domus: horrida sevo
 Quæ premis arva gelu, strictosq; in sedibus amnes,
 Cederet his etiam; & sese sine honore referret
 515 Ulterius: sed nube rigens ac nescia regum
 Stat super, & nostros jam zona reverberat ignes.
 Quid regio immanis, quid Barbarus amnibus illis
 Phasis, & adversis proles mea gentibus obstat?
 Quid Minyæ meruere queri? num vellere Grajo
 520 Vi potitur? profugo quin agmina iungere Phryxæ
 Annuit; Inoas ultro nec venit ad aras:
 Imperii sed parte virum, natæq; moratus
 Coniugio, videt è grata nunc stirpe nepotes:
 Et generos vocat, & iunctas sibi sanguine terras.
 525 Flecte ratem, motusq; pater; nec vulnere nostro
 Equora pande viris: veteris sat conscia luctus
 Silva Padi, & viso flentes genitore sorores.
 Affremit his, quassatq; caput, qui vellera dono
 Bellipotens sibi fixa videt: tentatq; contra
 530 Pallas: & amborum gemuit Saturnia questus.
 Tum genitor: Vetera hæc nobis & condita per-
 gunt
 Ordine cuncta suo, rerumq; à principe cursu
 Fixa manent: neq; enim terris tum sanguis in ullis
 Noster erat, cum fata darem; justiq; facultas
 535 Hæc mihi, ut hinc varios struerè per secula reges.
 Utq; ego curarum repetam decreta mearum;

Jam

Jam pridem regio, quæ virginis æquor ad Helles
 Et Tanaim tenuis immenso descendit ab Euro;
 Undat equis, floretq; viris: nec tollere contra
 Ulla pares animos, nomeng; capefcere bellis. 140
 Ausa manus: sic fata, locos, sic ipse fovebam.
 Accelerat sed summa dies, Afiamq; labantem
 Linqvimus, & pofcunt jam me fua tempora Graji;
 Inde mea quercus, tripodesq; animaq; parentum
 Hanc pelago misere manum: via facta per undas, 145
 Perg; hiemes Bellona tibi: nec velleræ tantum
 Indignanda manent; proprior de virgine rapta
 Ille dolor; sed nulla magis fententia menti
 Fixa mee: veniet Phrygia nam pafcor ab Ida,
 Qui gemitus, irasque pares, & mirtua Graiis 150
 Donaferat. quæ claffe dehinc effufa procorum
 Bella, quot ad Trojam flentes hiberna Mycenæ,
 Quot proceres, natosque Deum; quæ roboræ cernes
 Oppetere, & magnis Afiam concedere fatis!
 Hinc Danaum de fine fedet: gentesque fovebo 155
 Mox alias: pateant montes filvæque lacusque,
 Cunctaque claustra maris; spes & metus omnibus
 efto.

Arbiter ipfe locos, terrenaque summa movebo: 160
 Expediar, quæ nam populis longiffima cunctis
 Regna velim, linqvamque datas ubi certus ha-
 benas.

Tunc oculos Ægea refert ad cærule, robur
 Herculeum, Ledeque tuens genus; atq; ita fatur:
 Tendite in astra viri: me primum regia mundo

- Iapeti post bella, truces Phlograque labores
 865 Imposuit: durum vobis iter, & grave caeli
 Institui. sic ecce meus, sic orbe peracto
 Liber, & expertus terras remeavit Apollo.
 Dixit, & ingenti flammantem nubila sulco
 Direxit per inane facem: que puppe propinqua.
 870 In bifidum discessit iter, fratresque petivit
 Tyndareos: placida & mediis in frontibus haesit
 Protinus amborum; lumenque innoxia fundit
 Purpureum: miseris olim implorabile nautis.
 Interea medio sevens permissa profundo
 875 Carbasa, Pangea Boreas speculatus ab arce:
 Continuo Aoliam, Tyrrhenaque tendit ad antra
 Concitus. omne dei rapidis nemus ingemit alis:
 Strata Ceres: motusque niger sub prepete pontus.
 Equore Trinacrio, refugi que a parte Pelori,
 880 Stat rupes horrenda fretis: quot in aethera surgit
 Molibus infernas totiens demissa sub undas.
 Nec scopulos, aut antra minor juxta altera tellus
 Cernitur: illam Achamas habitat, nudusque Py-
 ragon.
 Hus nimbi, venti que domos, & naufraga servat
 885 Tempestas: hinc in terras latumque profundum
 Est iter: hinc olim soliti miscere polumque
 Infelixque fretum (neq; enim tunc Aolus illis
 Rector erat, Libya cum rumperet advena Calpen-
 Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines
 890 Perderet, & mediis intrarent montibus unde)
 Iconuit, donec pavidis ex aethere ventis

Omnes.

Omnipotens, regem
 Socios: in manu
 Scythiam: Euro
 Orestis rex, cap
 Iphigenis, plac
 Nympharum salu
 Pergand ab arc
 Graecorum ferro
 Perpetua ingent
 Nereidibus
 Quibus, nondum
 Hinc, fructu
 Quod hinc sub r
 Infans: athen
 Tanti
 Tof
 Dixit, a
 Poscere, non
 Impulsi
 Thorace
 Nimbros
 Hifidas, &
 Inducere
 Unanimi
 Regem
 Cum rump
 Excessu
 Puppis

Omnipotens, regemque dedit, quem iussa vereri
 Sæva cohors: in monte chalybs iterataque muris
 Saxa, domant Euros. cum jam prohibere frementū
 Ora nequit rex, tunc aditus & claustra resringit 595
 Ipse volens, placatque data fera murmura porta.
 Nuntius hunc solio Boreas proturbat ab alto:
 Pangea quod ab arce nefas, ait, Æole vidi!
 Graja novam ferro molem commenta juventus
 Pergit, & ingenti gaudens domat equora velo: 600
 Nec mihi libertas imis freta tollere harenis;
 Qualis eram, nondum vinculis & carcere clausus:
 Hinc animi, strudæque viris fiducia puppis,
 Quod Borean sub rege vident. da mergere Grajos,
 Insanamque ratem: nil me mea pectora tangunt, 605
 Tantum hominum compesce minus; dum litora
 juxta

Thessala, nec dum alia viderunt carbasa terra.
 Dixerat. at cuncti fremere intus, & equora venti
 Poscere. tum valido contortam turbine portam
 Impulit Hippotades. fundunt se carcere leti 610
 Thraces equi, Zephyrusque, & nocti concolor alas
 Nimborum cum prole Notus; crinemque procellis
 Hispidus, & multa flavus caput Eurus harena.
 Induxere hiemem; raucoque ad litora tractu.
 Unanimes freta curva ferunt: nec sola tridentis 615
 Regna movent, vasto pariter ruit igneus aether.
 Cum tonitru, piceoque premit nox omnia cælo.
 Excussi manibus remi; conversaque frontem
 Puppis in obliquam resonat: latus accipit ictus.

- 620 *Vela super tremulum subitus volitantia malum*
Turbo rapi. qui tñ Minyis trepidantibus horror
Cum picei fulsere poli, pavidamq; corusca
Ante ratem cecidere faces, antennaq; levo
Prona dehiscentem cornu cum sustulit undam?
- 625 *Non hiemem, missosq; putant consurgere ventos*
Ignari, sed tale fretum. tum murmure mœsto:
Hoc erat illicitas temerare rudentibus undas,
Quod nostri timuere patres: vix litore puppim
Soluimus, & quanto fremitu se sustulit Aegon!
- 630 *Hocine Cyanea concurrunt equore cautes?*
Tristius an miseris superest mare? linquite terre
Spem pelagi, sacrosq; iterum seponite fluctus.
Hæc iterant segni silentes occumbere leto.
Magnanimus spectat pharetras, & inutile robur
- 635 *Amphitryoniades: miscent suprema paventes*
Verba alii, junguntque manus, atque ora fati-
gant:
Aspectu tota in misero cum protinus alnus
Soluitur, & vasto puppis mare sorbet hiatu.
Illam huc atq; illuc nunc torquens verberat Eurum
- 640 *Nunc stridens Zephyris aufert Notus: undiq; fer-*
vent
Æquora: cum subitus trifida Neptunus in hasta
Ceruleum fundo caput extulit. hanc mihi Pallas,
Et soror hanc, inquit, mulcens mea pectora fletu
Abstulerint; veniant Phariæ Tyriæq; carinæ:
- 645 *Permissumq; putent: quotiens mox rapta videbo*
Vela Notis, plenaq; malis clamoribus undas!

Non meus Orion, aut sevis Pliade taurus
 Mortis causa novae; miseris tu gentibus Argo
 Fata paras: nec tam merito tibi, Typhi, quietum

Ulla parens volet Elysium, manesq; piorum. 650

Hac ait, & pontum pater ac turbata reponit
 Litora, depellitq; Notos; quos cerulus horror
 Et madido gravis unda sinu, longeq; secutus
 Imber, ad Aolia tendunt simul equora porte.

Emicuit reserata dies: caelumq; resoluit 655

Arcus: & in summos redierunt nubila montes.

Jam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab
 imo

Et Tethis, & magnis Nereus socer erigit ulnis.

Ergo humeros ductor sacro velatur amictu,

Asoniamq; capit pateram: qua munere gaudens 660

Liquerat hospitio, pharetrasq; rependerat auro

Salmoneus: non dum ille furens; cum fingeret alti

Quadrifida trabe tela Jovis, contraq; ruentem.

Aut Athon, aut Rhodopen; mæste nemora ar-
 dua Pise

Amulus & miseros ipse ureret Elidis agros. 665

Hac pelago libat latices, & talibus infic:

Di, quibus undarum tempestatisq; sonora

Imperium, & magno penitus par regia caelo:

Tug; fretum divosq; pater sortite bifformes:

Seu casus nox ista fuit; seu voluitur axis,

Ut superum sic staret opus; tolliq; vicissim 670

Pontus habet; seu te subite nova puppis imago

- Armorumq; hominumq; truces consurgere in ira
 Impulit: heu luerim satis, & tua numina rector
 675 Jam fuerint meliora mihi. da reddere terris
 Has animas, patriaq; amplecti limina portæ.
 Tum quocunq; loco meritas tibi plurimus aras
 Pascet honos, ubicunq; rotis horrendus equis uē
 Stas pater. atq; ingens utrimq; fluentia Triton.
 680 Frena tenet: tantum nostras concede per urbes.
 Dixerat hæc. oritur clamor, dextraq; sequentium
 Verba ducis. sic cum stabulis & messibus ingens
 Ira deum, & Calabri populator sirus arui
 Incubuit; coit agrestum manus inscia priscae
 685 In nemus, & miseris dictat pia vota sacerdos.
 Ecce autem molli Zephyros descendere lapsu
 Aspiciunt; volat immixtis cava pinus habenis.
 Insinditq; saltem, & spumas vomit ære tridenti.
 Tiphys agit, tacitq; sedent ad iussa ministri,
 690 Qualiter ad summi solium Jovis, omnia circum
 Prona, parata deo, venti, imbresq; nivesq;
 Fulguraque, & tonitrus, & adhuc in fontibus
 ænes.
 At subitus, curaq; duces metus acrior omni,
 Mensq; mali præfaga quatit; quod regis adortus
 695 Progeniem, raptosq; dolis crudelis Acasto,
 Cetera nuda neci, mediog; in crimine patrem
 Liquerit, ac nullis inopem valla verit armis.
 Ipse procul nunc tuta tenens; ruat omnis in illos
 Quippe furor, nec vana pavet, trepidatq; futuris.
 700. Seviri atrox Pelias, inimicaq; vertice ab alto

Vela

Vela videt: nec qua se ardens effundere possit:
 Nil animi, nil regna juvant. fremit obice ponti
 Clausa cohors, telisq³ salum facibusq³ coruscant.
 Haud secus, arisona volucer cum Dedalus ora
 Profiliit, juxtaq³ comes brevioribus alis, 709
 Nube nova linquente domos; Mineia frustra
 Infremuit manus, & visu lassatur inani:
 Omnis equis plenisq³ redit coriina pharetris,
 Quin etiam in thalamis, primosq³ in limine A-
 casti

Fusus humo, juvenis gressus & inania signa 710
 Ore premit, sparsisq³ legens vestigia canis;
 Te quoque jam moestis forsan genitoris imago
 Nate, ait, & luctus subeunt suspiria nostri.
 Jamq³ dolos, circumq³ truci discrimina leti
 Mille vides: qua te infelix, quibus insequar oris? 715
 Non Scythicas ferus ille domos, nec ad ostia ponti
 Tendit iter; false sed captum laudis amore
 Te puer in nostrae durus tormenta senectae
 Nunc lacerat. celsis an si freta puppibus essent
 Peruia, non ultrò juvenes classemq³ dedissem? 720
 O domus, o freti nequiquam prole nepotes.
 Dixit, & extemplo Furiis, iraq³ minaci
 Terribilis, sunt hinc etiam tua vulnera praeo,
 Sunt lacrimae, carusque parens. simul adibus
 altis

Itq³ reditq³, fremens, rerumq³, asperrima versat. 725
 Bissonas ad meritos cum cornua seva Thyoneus
 Torfit, & infelix jam mille furoribus Homus,

Jam

Jam Rhodopes nemora alta gemunt: talem incisa
ta longis

730 Porticibus, conjunxq; fugit, natiq; Ligurgum.
Tartareo tum sacra Jovi, Scygiisq; ferebat
Manibus Alcimedea, tanto super anxia nato,
Si quid ab excitis melius prænosceret umbris.
Ipsam etiam, curisq; parem, talesq; prementem.
Corde metus, ducit facilem tamen, Æsona con-
jux.

735 In scrobibus cruor, & largus Phlegethontis operis
Stagnat honos, sevoque vocat grandæva tumultu
Thessalis exanimes atavos, magnæque nepotem
Pleiones. & iam tennes ad carmina vultus

740 Extulerat, mæstosque tuens natumque nurumque,
Talia libato pandebat sanguine Cretheus:
Mitte metus, volat ille mari: quantumque pro-
pinquat,

Jam magis atq; magis, variis stupet acta deorum
Prodigiis: quatiuntque truces oracula Colchos.

745 Heu quibus ingreditur fatis! qui gentibus horror
Pergit! mox Scythiæ spoliis nurbusque superbus
Adveniet, cuperem ipse graves tū rumpere terras,
Sed tibi triste nefas, fraterna que turbidus arma
Rex parat, & sevos irarum concipit ignes.
Quin rapis hanc animam, & famulos citus effu-
gis artus:

750 I, meus es, jam te in lucos pia turba silentum,
Secretisque ciet volitans pater Æolus antris.
Horruit interea famulūm clamore supremo

Mæstia

Mæsta domus: regemque fragor per moenia defert.
Mille ciere manus, & jam dare iussa vocatis.

Flagrantes aras vestemque nemusque sacerdos 755

Præcipitat, subitisque pavens circumspicit Æson

Quid moveat. quam multa leo cunctatus in arta

Mole virum, rictuque genas & lumina pressit.

Sic cura subiere ducem, ferrum ne capebat

Imbelle, atque ævi senior gestamina primi: 760

An patres regni que acuat mutabile vulgus.

Contra effusa manus, hærensque in pectore con-
junctæ:

Me quoque, ait, casus, comitem, quicumque pro-
pinquat,

Accipies; nec fata traham, natumque videbo

Te sine: sat cœli patiens, cum prima per altum 765

Vela dedit, potui que tantum ferre dolorem.

Talia per lacrimas, & jam circumspicit Æson,

Præveniat quo sine minas, quo fata capebat

Digna satis: magnos obitus natumque domumque

Et genus Æolium, pugnataque, poscere tella. 770

Est etiam ante oculos ævi rudis altera proles,

Ingentes animos, & fortia discere facta

Quem velit, atque olim leti meminisse paterni.

Ergo sacra novat. Veteris sub nocte cupressi

Sordidus: & multa pallens ferrugine taurus 775

Stabat adhuc: cui ceruleæ per cornua vitæ,

Et taxi frons hirta comis: ipse eger, anhelans,

Impatiensque loci, visaque exterritus umbra.

Hunc sibi præcipuum, gentis de more nefande,

Thest-

- 780 *Theſſalis in ſeros Ditis ſervaverat uſus.
Tergeminā tum placat heram, Stygiasq; ſupremam
Obſecrat igne domos: jam jam exorabile retro
Carmen agens. neque enim arate leves niger au-
hit umbras*
- 785 *Portitor, & cuncta primis ſtant faucibus orci.
Illum ubi terrifici ſuperesse in tempore ſacri
Conſpexit; ſtatuit leto, ſupremaq; fatur,
Ipſe manu tangens damnati cornua tauri:
Vos, quibus imperium Jovis, & non ſegne peractū
Lucis iter, mihi conſiliis, mihi cognita bellis*
- 790 *Nomina, magnorum fama ſacrata nepotum:
Tuq; excite parens umbris, ut noſtra videres
Funera, & oblitos ſuperūm paterere dolores;
Da placide mihi ſedis iter; meq; hoſtia veſtris
Conciliet premiſſa locis. tu nuntia fontum*
- 795 *Virgo Jovi, terras oculis qua proſpicias equiſſ
Ultricesq; deæ, faſq; & grandæva furorum
Pœna parens, meritis regi ſuccedite tectis,
Et ſevas inferite faces. ſacer efferat raptet
Corda pavor. nec ſola mei gravia affore nati*
- 800 *Arma, ratemq; putet, claſſes & pontica ſignas
Atq; indignatos temerato litore reges
Mente agitet, ſemperq; metu decurrat ad undas
Arma ciens; mors ſera viam, tentataq; claudat.
Effugia, & noſtras nequeat præcurrere Diras.*
- 805 *Sed reduces jam jamq; viros, auroq; coruſcum
Cernat iter. ſtabo inſultans, & ovantia contrā
Ora, manuq; ferama tum, vobis ſi quod inauſum*

Arcaiumq; nefas, & adhuc incondita leti
Sors superest; date fallaci pudibunda senectæ
Exitia, indecoresq; obitus: non Marte, nec ar- 810
mis,

Aut nati precor ille mei dignatus ut umquam
Ense cadat; quin fida manus, quin cara suorum
Diripiat, laceretq; senem; nec membra sepulcro
Contegat: hæc noster de rege piacula sanguis
Sumat, & heu cunctæ, quas misit in æquora, gen- 815
tes,

Astitit, & nigro fumantia pocula tabo
Contigit ipsa gravi furiarum maxima dextra.
Ille avide exceptum pateris hausere cruorem.
Fit fragor: irrumpunt sonitu, qui seua ferebant
Imperia, & strictos iussis regalibus enses. 820
In media jam morte senes, suffectaq; leto
Lumina, & undanti revomentes veste cruorem
Conspiciunt: primoq; rudem sub limine rerum
Te puer, & visa pallentem morte parentum,
Diripiunt, adduntq; tuis. procul horruit Aeson 825
Excedens, memoremque tulit sub nubibus um-
bram.

Cardine sub nostro rebusq; abscissa supernis
Tartarei sedet aula patris: non illaruenti
Accessura polo, victam si voluere molem.
Ingenti jacet ore Chaos; quod pondere fessam 830
Materiem, lapsumq; queat consumere mundum.
Hic gemine æternum porta: quarum altera dura
Semper lege patens, populos regesq; recepat;

Astr

- Ast aliam tentare nefas, & tendere contras,
 335 Rara & sponte pater; si quando pectore ductor
 Vulnera nota gerens, galeis praefixa rotisq;
 Cui domus, aut studium mortales pellere curas,
 Culta fides, longè metus, atq; ignota cupido:
 Sen venit in vittis, castaq; in veste sacerdos;*
- 340 Quos omnes lenis plantis & lampada quassans
 Progenies Atlantis agit, lucet via latè
 Igne dei: donec silvas, & amœna piorum
 Deveniant, camposq;, ubi Sol, totumq; per an-
 num
 Durat aprica dies, thyasiq;, choriq; virorum,
 345 Carminaq;, & quorum populis jam nulla cupido.
 Has pater in sedes, eternaq; mœnia natum,
 Inducitq; nurum tum, porta quanta sinistra
 Poena, docet, maneat Pelian, quo limine mon-
 strat.
 Mirantur tantos strepitus, turbamq; ruentem,
 350 Et loca, & infernos alma virtutis honores.*

